



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De eodem. ibidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

IV.

De eodem. ibid.

I. **P**harisai columniantes factum in cœlo miraculum Sabbatho, & non indentes verè à Christo perpetratum, examinanti parentes eius, qui eum sanari quæ metu ejectionis è Synagoga fateri non audentes, remittunt eos ad filium ipsum, qui iterum interrogatus ab eis: da gloriam Dei. Nos scimus quia hic homo peccator est. Respondit; Si peccator est nescio, unum scio, quia cœcus cum essem, modo video. Illi urgentibus: quid fecit tibi, quomodo apertuit tibi oculos? Respondit: dixi vobis iam, & audiui istu, quid iterum vultis audiri? nunquid & vos vultus discipuli eius fieri? Quantum malum inuidia, quæ sic exæcauit Iudæos, ut tam manifestum miraculum carpere, & Christi innocentiam summam blasphemè arrodere nos horrerent! Quam potens Christi gratia, qua mens cœci illuminata & inflammata fuit, ut seposito omni metu Christi innocentiam propugnare, potentiam deprecicare, omnisque ad eius doctrinam amplectendam inuitare, tanta spiritus libertate auderet? Horror inuidiae, zelus gloriæ Christi.

II. Ma

II. Maledixerunt ergo ei. & dixerunt:
Tu discipulus illius sis: Nos autem Moysis
discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi lo-
catus est Deus: hunc autem nescimus unde
sit. Illi replicanti. In hoc enim mirabile
est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit
meos oculos. Scimus autem quia peccatores
Deus non audit: Nisi esset hic à Deo. non
poterat facere quicquam. Cum indignatio-
ne responderunt: in peccatis natus es totus,
& tu doces nos? & eiecerunt eum foras. O
quam verè in cœcis illis Iudæis com-
pletum illud ab Isaia prædictum. Pal *Isa. 59.*
pauimus cœci parietem, & quasi absque
oculis atrectauimus: impegimus meridie
quasi cœci. O infelices, qui non solum
instar noctuarum ad tantam diuinæ
lucis à Christo mundo illatæ claritatē
caligarunt, sed ipsum etiam fontem o-
mnis luminis blasphemarunt, & præ-
cones eiusdem lucis, vti & hunc cœ-
cum à se repulerunt, atque ita iusto
Dei iudicio ob ingritudinem, obsti-
nationem & inalitiam æternæ noctis
tenebras incurserunt! Quam felix ille
cœcus, qui non solum meruit à Chri-
sto præ tot alijs, quoad oculos metis
& corporis illuminari, sed insuper per-
fuentem cum accepta gratia coope-
rationem, in consortem persecutionis

& op-

& opprobriorum assumi! Horror in
gratitudinis & obstinationis, feruor
gratiæ cooperandi.

III. Cum Iesus eum inuenisset eiecum
foras, dixit ei Tu credis in filium Dei? Re-
spondit: quia est Dominus, ut credam
eum? Et dixit ei Iesus: Et vidi teum, o
qui loquitur tecum ipse es, at ille ait: Cui
do Domine, & proclamans adorauit eum.
O quanta abundantia pietatis & libe-
ralitatis Domini Iesu erga hunc cœcum!
Gratis illum ab æterno elegit, in tem-
pore misericorditer respexit, mirabili-
ter sanauit eius oculos corporis, & il-
luminauit oculos mentis, assumpt
eum in testem suæ diuinitatis, in præ-
conem suæ innocentia, in consortem
passionis, in vas misericordia peculia-
re, in quo diuitias gratiæ & gloria
manifestaret. Quam humili, grato,
ardentique animo ipse hæc omnia be-
neficia gratis sibi præstata agnouerit,
magni æstimarit, & compensare stu-
duerit, cum insuper audiret à Christo:
*In iudicium ego in hunc mundum veni, ut
qui non vident videant, & qui vident
cœci fiant.* Hoc & tu profundius ex-
pende, & gratuitam Dei misericordia
similibus gratijs te præ tot alijs præ-
uenientis humiliter agnosce, reueren-

te!

ter suspice, grato feruentique animo
compensare stude, ne cum cæcis Pha-
risæis, qui praesuperbia cæcitatem
suam non agnouerunt, omni luce gra-
tiæ spoliari merearis. Gratitudo,
amor, zelus gloriæ Christi.

De Christo in domum Marthæ rece- V.
pto. Luc. 10.

I. Intravit Iesu quoddam castellum, &
mulier quadam Martha nomine, ex-
cepit eum in domum suam, & huic erat
soror nomine Maria, qua etiam sedens se-
cus pedes Domini audiebat verbum illius.
Martha autem fatigebat circa frequens
ministerium. Filius Dei per incarnatio-
nem ingressus in castellum huius mu-
di, licet sit Dominus omnium, omnes-
que creaturas paterna sua prouidentia
pascat, non deditus est à creaturis
tanquam peregrinus hospitio excipi,
& tanquam pauper & famelicus pasci,
ex obedientia Patris, & amore nostræ
salutis, quod in spiritu praeuidens Ie-
remias non immeritò miratur: Quare Jer. 14,
colonus futurus es in terra, & quasi viator
declinans ad manendum? Ut videlicet
nos æternum exilium, æternam famam,
fitim-